Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In catenam super Marci et Iohannis evangeliis editam - Cod. Aug. pap. 6

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Cap. XXI

urn:nbn:de:bsz:31-84699

Visual Library

Sed cum paulus apostolus dicat fides est substantia
sperandarum rerum argumentum non apparentium pro
fecto liquet quia que apparent iam fidem non
habent sed agnitionem. Dum ergo vidit thomas
dum palpavit cur ei dicitur quia vidisti me
credidisti. Sed aliud vidit aliud credidit. Hominem
vidit et deum confessus est. Letificat autem valde
quod sequitur Beati qui non viderunt et credide
runt. In qua sententia nos specialiter signati sumus
qui eum quem carne non vidimus mente retine
mus. Si tamen fidem nostram operibus sequimur. Ille
etenim vere credit qui exercet operando
quod credit. Augustinus. Preteriti autem temporis v
sus est verbis tamquam id quod erat futurum in
sua noverat predestinatione iam factum. Crisostomus
Cum ergo aliquis dixit Nunc utinam in temporibus
illis fuissem et vidissem christum miracula fa
cientem excogitet Beati qui non viderunt et crediderunt.
Theophilus Exprimit autem et hic discipulos qui
nec plagas clavorum nec latus palpantes
crediderunt. Crisostomus Quia vero iohannes pauci
ora aliis evangelistis dixerat subiungit
Multa quidem et alia signa fecit ihesus
in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta
in libro hoc. Sed nec alii omnia dixerunt
sed que erant sufficientia attrahere ad fidem
audientes. Michi autem videtur dicere hic
ea que post resurrectionem sunt signa. Et ideo dicit
In conspectu discipulorum suorum. Cum quibus
solis post resurrectionem conversatus est. Deinde
ut discas quoniam non solum discipulis gratia
signa fiebant induxit. Hec autem scripta sunt
quia ihesus est christus filius dei. Communiter
ad humanam naturam loquens et ut ostendat quoniam
non illi qui creditur sed nobis ipsis credere
utile est subdit Et ut credentes vitam ha
beatis in nomine eius id est per ipsum Ipse enim est vi
ta. Capitulum xxi.

Postea manifestavit se iterum
Augustinus Quasi in medi
ate evangelista prefinit
velud libri huius indicat
finem Sed narratur hic
deinde quemadmodum se ma
nifestavit dominus ad mare tyberiadis.
Unde dicitur Postea manifestavit
se ihesus iterum ad mare tyberiadis.

Crisostomus Dicit autem postea quia non continue
cum eis ambulabat ut antea. Dicit autem mani
festavit se quia non videtur nisi descenderet
quia incorruptibile erat corpus. Loci autem
meminit ostendens quoniam plurimum timoris eis dominus
abstulerat ut de reliquo ipsi a longe a domo
procedant non ultra in domo clausi sed in
galileam ierant periculum declinantes iudeorum.
Beda. Maiore autem studio evangelista prius
retulit eum deinde quemadmodum res
sit gesta enarrat. Unde sequitur Manife
stavit autem sic. Crisostomus Quia vero nec dominus
cum eis continue erat nec spiritus datus erat
nec aliquid tunc erat eis commissum nec
aliquid habebant agere artem piscatoriam exer
cebant. Unde sequitur Manifestavit autem
se sic. Erant autem simul symon petrus et
thomas qui dicitur didimus et nathanael
qui erat a chana galilee. Qui scilicet
vocatus est a philippo et filii zebedei scilicet
iacobus et iohannes et alii ex discipulis eius
duo. Dicit eis symon petrus Vado piscari.
Gregorius in omelia Queri potest cur petrus qui
piscator ante conversionem fuit post conversionem
ad piscationem redierit cum veritas dicat Nemo
mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus
est regno dei. Augustinus Nisi hoc fecissent
discipuli defuncto ihesu priusquam resurrexisset
a mortuis putaremus eos illa que eos
occupaverat desperatione fecisse. Nunc vero
post eum sibi de sepulchro redditum vivum post
inspecta vulnerum loca post acceptum eius in
sufflatione spiritum sanctum subito fuit sicut fuerant
non hominum sed piscium piscatores. Respondendum
est ergo non eos fuisse prohibitos ex arte sua
licita victum necessarium querere sui apostolatus inte
gritate servata si quando unde viverent aliud non
haberent. Si enim beatus paulus ea potestate qua
cum ceteris cum predicatoribus habebat non cum
ceteris utitur sed suis stipendiis militavit ne
gentes a nomine christi penitus aliena doctrina
eius quasi venalis offenderet aliter educatus
artem quam non noverat didicit ut dum suis
manibus transigitur doctor nullus gravaretur
auditor quanto magis beatus petrus qui iam
piscator fuerat quod noverat fecit si ad presens
illud temporis aliud unde viveret non inveniret

Sed respondebat quispiam: Et cur non invenerunt cum dominus promisit dicens: Querite primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia apponentur vobis. Prorsus etiam dominus quod promisit implevit. Nam quis alius pisces qui caperentur apposuit. Illum non ob aliud credendum est eis ingressisse penuriam qua compellerentur ire piscatum nisi dispositum volens exhibere miraculum. Greg. in omelia. Negocium ergo quod ante conversionem sine peccato extitit, hoc et post conversionem repetere culpa non fuit. Unde post conversionem suam ad piscacionem petrus rediit. Matheus vero ad theolonei negocium non resedit. Sunt enim plura negocia que sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicant, ad hec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Crisostomus. Alii autem discipuli sequebantur petrum. Unde sequitur: Venimus et nos tecum. Colligati enim de reliquo sibi invicem erant, et simul volebant piscacionem videre. Sequitur: Et exierunt et ascenderunt in navem. In nocte autem piscabantur, quia adhuc formidolosi erant. Greg. Facta est autem discipulis piscacionis magna difficultas, ut veniente magistro fiat admiracionis magna sublimitas. Unde sequitur: Et illa nocte nichil prendiderunt. Crisostomus. Laborantibus autem et afflictis discipulis assistit ihesus. Unde sequitur: Mane autem iam facto stetit ihesus in littore, non tamen cognoverunt discipuli quia ihesus est. Non enim mox seipsum eis ostendit, sed voluit in allocucionem cum eis venire et primo loquitur eis humanius. Nam sequitur: Dicit eis ihesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Hoc autem dicit quasi ab eis aliquid emere vellet. Ut autem innotuit eis signum ostendit per quod cognoscerent. Sequitur enim: Dixit eis: Mittite in dexteram navigii rethe et invenietis. Multa autem consequenter facta sunt quorum primum est multos pisces esse comprehensos. Unde sequitur: Miserunt ergo rethe et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Sed in cognicione petrus et iohannes suos proprios mores ostendebant. Iohannes enim perspicacior erat et ideo primus cognovit ipsum. Unde sequitur: Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro: Dominus est. Beda. Hic indicatur sicut sepe iam et hic suam demonstrat personam. Cognovit autem primus dominum sive miraculo captiva piscacionis sive sono pregnantis vocis sive prime reminisciens piscacionis. Crisostomus. Petrus autem ferventior erat et ideo promptius venit ad ipsum. Sequitur enim: Symon petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se; erat enim nudus. Beda. Dicitur petrus nudus fuisse ad comparacionem ceterorum vestimentorum quibus uti solebat. Sicut nos solemus dicere cum aliquem simplici vestimento videmus indutum: Ecce nudus incedis. Potest etiam intelligi quod more piscatorum studio piscandi nudus incesserit. Theophilus. Cum vero se precingit petrus pudoris est signum. Precinxit se autem lineo amictu, quo fenices et syri piscatores circumvolvunt sibi cum nudi sunt sive et ceteris indumentis apponunt. Beda. Eodem autem ardore quo et alia multa alia fecerat venit ad ihesum. Unde sequitur: Et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt. Non tamen intelligendum est petrum super fluctus venisse, sed aut natando aut pedibus gressibus, quia erant prope terram. Sequitur enim: Non longe enim erant a terra, sed quasi cubitis ducentis. Glosa. Interposicio est. Sequitur enim: Trahentes rethe piscium. Ut sit ordo litere: Alii discipuli navigio venerunt trahentes rethe piscium. Non enim longe erant. Crisostomus. Deinde aliud signum ponitur cum subdit: Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas et piscem suppositum et panem. Non enim adhuc ex materia supposita operatur; sed ad id quod est mirabilius ducit signa ostendens quod et ex subiecta materia ante crucem miracula faciebat propter quandam dispensacionem. Augustinus. Non est autem hic intelligendum et panem fuisse prunis suppositum, sed quasi dicit: Viderunt prunas positas et piscem suppositum prunis et viderunt panem. Crisostomus. Ut autem ostendat non esse fantasma quod factum est, iubet ex piscibus ab eis captis afferri. Sequitur enim: Dicit eis ihesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Deinde et aliud signum fuit quod

ex multitudine piscium rethe non est scissum
Unde sequitur Ascendit Symon petrus et
traxit rethe in terram plenum magnis piscibus
centum quinquaginta tribus et cum tanti essent
non est scissum rethe. Augustinus Mixture autem
in captura piscium commendavit ecclesie futurum
qualis futura est in ultima resurrectione mor
tuorum. Et ad hoc commendandum valet quod tamquam
finis est interpositus libri quod est etiam sequen
tis narrationis quasi prohemium. Quod autem vij
discipuli fuerunt in illa piscatione suo septenario
numero finem signat temporis. Volvitur quippe
septem diebus volubile tempus. Cum autem
nox erat cum solis Christi presentia prefecte
nihil ceperunt. Nam et si prima natione
Israel corrigere conarentur illa tamen frequen-
ter in ydolatriam labebatur. Gregorius in omelia Queri
autem potest cur discipulis in mari laborantibus
post resurrectionem suam dominus in littore stetit
qui ante resurrectionem suam coram discipulis
in fluctibus maris ambulavit. Sed mare presens
seculum signat quod se causarum tumultibus et un
dis vite corruptibilis illidit. Per soliditatem
autem litoris perpetuitas quietis eterne figu-
ratur. Quia igitur discipuli fluctibus mortalis
vite inerant in mari laborabant. Quia
autem redemptor noster iam corruptionem carnis ex
cesserat post resurrectionem suam in littore stabat.
Augustinus. Litus est finis maris et ideo
finem seculi. Sicut enim in hoc loco qualiter
in fine seculi futura sit. Ita dominus alia pisca
tione signavit etiam qualiter nunc sit. Unde
tunc Ihesus non stabat in littore sed ascendens
in unam navem que erat Symonis rogavit eum
a terra reducere pusillum. In alia piscatione non mit
tuntur retia in dexteram ne solos significent
bonos. Nec in sinistram ne solos malos
sed indifferenter. Laxate inquit retia
vestra in capturam ut permixtos intelligamus
bonos malos. Hic autem mittite inquit in
dexteram navigii rethe ut significet eos qui
stabunt ad dexteram solos bonos. Illud in
initio predicationis sue hoc post resurrectionem
suam fecit ostendens illam capturam piscium
bonos et malos significare quos nunc habet
ecclesia. Istam vero tantummodo bonos quos habebit
in eternum completa in fine huius seculi resur
rectione mortuorum. Illi autem qui pertinent
ad resurrectionem vite, id est ad dexteram et inter
propriam nominis vocati designantur non ipsi in littore
id est in fine seculi cum resurrexerint apparebunt. Ideo
non valuerunt sic trahere retia ut in navem
refunderent quos ceperunt pisces sicut de aliis
factum est. Hos autem ipsos dextros ecclesia post finem
vite huius in sompno pacis velud in profun
do latentes donec ad litus rethe perveniat.
Quod autem in prima piscatione duabus naviculis
hic isto loco ducentis cubitis cum centum et
centum optimo significatum utriusque generis
electos et circumcisionis et preputii. Beda.
Vel per ducentos cubitos gemina caritatis vir
tus exprimitur per dilectionem enim dei et proximi
propinquamus. Piscis autem assus est Christus
passus. Ipse latere dignatus est in aquis generis
humani, capi voluit laqueo mortis nostre
et qui nobis factus est piscis humanitate ex
titit nobis panis nos reficiens ex sua di
vinitate. Gregorius Petro autem sancta ecclesia
est commissa ipsi specialiter dicitur pasce oves
meas. Quod ergo postmodum agitur in voce
hoc nobis signatur in opere. Ipse enim pisces ad so
liditatem eterne patrie fidelibus ostendit hoc
egit nobis hoc explicuit. Hoc agit cotidie
miraculorum signis. Sed cum rethe magnis
piscibus plenum dicatur additur et quantis et hoc
est quod sequitur plenum magnis piscibus centum
quinquaginta tribus. Augustinus In alia pis
catione numerus piscium non exprimitur tamquam illud
ibi fiat quod predictum est per prophetam Annun
ciavi et locutus sum multiplicati
sunt super numerum. Hic vero certus est numerus aliquis
reddenda est ratio. Numerus enim qui legem signat
x est propter decalogum. Cum autem accedit
ad legem gratia id est ad literam spiritus quodammodo
denario numero additur septenarius. Septenario
quippe numero signatur spiritus sanctus ad quem signi
ficatio sanctificationis pertinet. Sanctificatio enim in lege primum
sanctificato in die septimo exprimitur etiam propheta
eum commendat opere vel numero septenario.
Cum itaque legis denario spiritus sancti per sep
tenarium accedit fiunt x et vij. Qui
numerus ab uno usque ad se ipsum computatis omnibus
crescens ad centum quinquaginta tres venit.
Gregorius. Ducantur etiam per trigonum decem

et septem et veniunt quinquaginta unum.
In quinquagesimo autem anno cunctus populus ab
omni opere quiescebat. Sed vera requies
in unitate est. Ubi enim scissura dividi potest
non est vera requies. Augustinus. Alio quoque
centum quinquaginta tres sancti ad vitam
resurrecturi significant eternam. Sed omnes ad
gratiam spiritus pertinentes hoc numero significantur.
Cum enim decem et septem ter habent quinquagenarium numerum
et insuper ipsa tria propter misterium trinitatis.
Quinquagenarius autem multiplicatus septem
per septem et uno adiecto completur. Unus
autem additur ut eos significet esse unum. Non
autem frustra dictum est quod erant magni. Cum
enim dixisset dominus Non veni solvere legem
sed implere. Daturus utique spiritum per quem
lex posset impleri paucis verbis interpositis
ait Qui fecerit et docuerit magnus voca
bitur in regno celorum. In prima autem pis
catione rete propter signanda scismata rum
pebatur. Hic vero quoniam in illa summa pace
sanctorum nulla erunt scismata pertinuit ad
evangelistam dicere Et cum tanti essent
id est tam magni non est scissum rete. Quasi
illud respiceret ubi scissum est et in illius
mali comparatione commendaret hoc bonum. Dicit
eis ihesus etc. Augustinus. Peracta piscatione
dominus eos ad prandium vocat. Unde di-
citur Dicit ei ihesus Venite prandete. Crisostomus.
Hic quidem non dicit quod comedit cum eis
sed lucas hoc dicit. Hoc autem faciebat non
ut natura indigente cibis derelictus sed ad con
descensionem ad demonstrationem resurrectionis facta.
Augustinus xiii de civitate dei. Corporum autem
sanctorum que in resurrectione futura sunt nec
ligno vite indigebunt quo fiat ut ~~nullis~~
nullis morbis vel senectute inveterata mo
riantur nec ullis aliis corporalibus alimentis
quibus esuriendi atque sitiendi qualiscumque
molestia devitetur quoniam certo et inviolabili
munere immortalitatis induentur ut non nisi
velint possibilitate non necessitate vescan
tur. Non enim potestas sed egestas edendi et
bibendi talibus corporibus auferetur. Sicut
et salvator noster post resurrectionem iam quidem
in spirituali carne sed tamen vera cibum ac
potum cum discipulis sumpsit non alimentorum

indigentia sed ea qua et hoc poterat
potestate. Sequitur Et nemo audebat discum
bentium interrogare eum tu quis es scientes quia
dominus est. Augustinus super Iohannem.
Nemo audebat dubitare quod ipse esset. Tan
ta enim evidentia veritatis ut eorum non solum ne
gare sed nec dubitare quidem illum audeat
quia si quisquam dubitaret utique interrogaret.
Crisostomus. Vel hoc dicit quia deinceps non sic
confidebant ei loqui ut prius sed cum silentio
et reverentia multa sedebant attendentes
in eum. Et formam quidem alteram videntes
et multa admiratione plenam valde stupe
facti nolebant interrogare sed formido in hoc
quod sciebant quod dominus esset detinebat interrogationem
et solum comedebat quod eis dabat cum pote
state. Hic autem non respicit nec hinc illa
facit indicens quoniam condescensionis gratia faciebant.
Unde subditur Et venit ihesus et accepit
panem et dat eis et piscem similiter. Augustinus.
Piscis autem assus christus est passus.
Ipse est et panis qui de celo descendit. Huic
incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem
sempiternam. Propter hoc dictum est afferte de
piscibus quos prendidistis nunc. Ut omnes qui
hanc spem gerimus per illum septenarium numerum
discipulorum per quem potest in hoc loco nostra universi
tas intelligi significatam tanto sacramento nos communicare
nossemus et eadem beatitudine sociari. Gregorius.
Per hoc etiam quod vii discipulis solemne convivium
celebrat eos tantummodo qui septiformi gratia
sancti spiritus pleni sunt futuros secum in eterna re
fectione denunciat. Septem quoque diebus om
ne hoc tempus evolvitur et sepe septenario numero
perfectio designatur. Illi ergo ultimo de presentia
veritatis epulantur qui nunc perfectionis studio
terrena transcendunt. Crisostomus. Quia vero non
continue cum eis conversabatur neque similiter ut
prius subdit evangelista dicens Hoc iam tertio
manifestavit se ihesus discipulis suis cum
resurrexisset a mortuis. Augustinus. Quod non ad
ipsas demonstrationes sed ad dies referre de
bemus id est primo die cum resurrexisset et
post dies octo quando thomas vidit et cre
didit et hoc die quando hoc de piscibus fecit. Et

deinde quotiens voluit usque ad diem qua
dragesimum quo ascendit in celum. Aug9 de con
cordia evangelistarum. Invenimus enim apud quatuor evangelistas
decies commemoratum dominum visum esse post re-
surrectionem. Semel ad monumentum a mulieribus.
Iterum eisdem regredientibus a monumento in i-
tinere. Tercio petro. Quarto duobus euntibus
in castellum. Quinto pluribus in iherusalem ubi non
erat thomas. Sexto ubi vidit eum thomas.
Septimo ad mare tyberiadis. Octavo ut dicit marcus
novissime recumbentibus. Decimo ipso die non iam
in terra sed elevatum in nube. ¶ Cum ergo pran
dissent. Theo9 finito prandio commissione o-
vium iudicio petro commendat non alijs. Unde
dicitur Cum ergo prandissent dicit si-
moni petro ihesus Symon iohannis ~~dili-~~
~~gis~~ diligis me plus hys. Aug9 Sciens
dominus interrogat. Sciebat enim dominus quod non so-
lum eum diligeret verum etiam quod plus omnibus
eum diligeret petrus. Alcwinus Dicitur autem
Symon iohannis id est filius iohannis carnalis prius
dicitur autem Symon obediens iohannes gratia.
Merito ergo hoc nomine vocatur id est obediens
gratie dei ut ostendatur quod ardenciori illum ca-
ritate amplectatur non meriti humani sed doni
dei muneris. Augustinus in sermone paschali
Cum autem domini morte timuit et ne-
gavit resurgens autem dominus amorem in se-
ruit timorem fugavit. Nam quia negavit
mori timuit. resurgente domino quid timeret
in quo mortem mortuam respiciret. Unde se-
cure dicit ille Etiam domine tu scis quia amo te. Con-
fitenti autem amorem suum oves suas commen-
davit. Unde sequitur Dicit ei pasce ~~oves~~
~~meas~~ agnos meos tamquam non esset ubi
ostenderet petrus amorem suum in christum nisi
pastor esset fidelis sub principe omnium pastorum
Criso9 Et enim maxime suum tribuit no-
bis caritatem que desuper est benivolentia. et
commemorat principatus. Preteriens autem dominus
alios petro de talibus loquitur. Eximius
enim apostolorum erat petrus et os discipulorum
et vertex collegii. Unde et negatione
deleta committit ei prelationem fratrum et

negationem quidem ei non exprobrat sed dicit
Si diligis me presto fratribus et ferventem a-
morem quem per omnia demonstrasti nunc ostende et
animam quam dixisti positurus te esse pro me hanc
da pro ovibus meis. Sequitur Dicit ei iterum
Symon iohannis diligis me. Ait illi Etiam domine
tu scis quia amo te. Augustinus Merito
dicitur petro diligis me. et tandem Amo te
Et quod dicitur Pasce agnos meos. Ubi etiam
demonstratur unum atque idem esse amorem et di-
lectionem. Nam etiam dominus novissime non ait
diligis me sed amas me. Sequitur enim Dicit
ei tercio Symon iohannis amas me. Tercio
vero eum diligat dominus interrogat. Redditur
enim interrogationi trine trina confessio ne minus
amori lingua serviat quam timori et plus vocis
elicuisse videatur mors imminens quam vita presens.
Criso9 Tercio etiam interrogat et tercio
iniungit eadem ostendens quanti appreciatur pre-
lationem ovium suarum et quam hoc est maxime
eius signum. Theoph9 Refertur etiam in olim
consuetudo ut ter confiteantur qui veniunt ad
baptismum. Criso9 Deinde tercio interrogatus
conturbatus est. Unde sequitur Contristatus est
petrus quia dixit ei tercio amas me. Tur-
batus formidans forte ne forte estimans se
diligere et non diligat corripiatur sicut
et prius correptus est multum se estimans
fortem. Unde ad ipsum christum refugit. Et
dicit ei Domine tu omnia scis id est ineffabilia
cordis et presencia et futura. Aug9 de verbis
domini Unde ergo contristatus est quia sepe in-
terrogatus est ab eo qui sciverat et qui in-
terrogabat et donabat quod audiebat. Ve-
raciter ergo respondit et de intimo cor-
dis protulit amantis vocem dicens Tu
scis quia amo te. Aug9 super Ioh. Non
autem addidit plus hys hoc enim respondit
quod de se ipso sciebat. Non enim quantum ab alio
quolibet diligeretur scire poterat qui cor
alterius videre non poterat. Sequitur enim Dicit
ei pasce oves meas. quasi dicat. Sit amoris
officium pascere dominicum gregem. sicut fuit
timoris indicium negatorem pastorem

Theophilus Potest autem quis assignare differentiam
inter agnos et oves ut agni sint qui introducuntur
oves vero perfecti. Alcuinus Pascere autem
oves est credentes in Christo ne a fide deficiant
confortare terrena subsidia si necesse est sub-
ditis providere et exempla virtutum cum ver-
bo predicationis impendere adversariis
obsistere errantes subditos corrigere. Augustinus
Qui hoc autem animo pascunt oves Christi ut
suas esse velint non Christi se convincuntur
amare non Christum vel gloriandi vel dominandi
vel acquirendi cupiditate non obediendi et
subveniendi et Deo placendi caritate. Non
ergo nos sed ipsum amemus et in pascendis
ovibus eius ea que sunt eius non que sunt
nostra queramus. Quisquis enim se ipsum non Deum
amat non se amat. Qui enim non potest vi-
vere de se moritur utique amando se. Non
ergo se amat qui ne vivat se amat. Cum
vero ille diligitur de quo vivitur non se dili-
gendo magis se diligit ut eum diligat
de quo vivat. Augustinus in sermone de pastoribus
Extiterunt autem quidam servi infideles di-
ssiparunt gregem Christi et furtis suis pe-
culia sibi fecerunt et audis eos dicere
oves meas. Si ille quid queris ad oves me-
as. Non te inveniam ad oves meas. Si
et nos dicamus meas et illi dicant suas
perdidit Christus oves suas. Amen dico t(ibi)
etc. Crisostomus Cum dixisset Petro Dominus de
amore quem habebat ad ipsum prenuntiat ei
martirium quod pro ipso debebat sustinere
erudire nos volens quomodo eum amare oportet.
Unde dicit Amen amen dico tibi cum
esses iunior cingebas te et ambulabas
ubi volebas. Adicit prioris vite quia in
secularibus iuvenis quidem utilis est. Qui
vero senuerit inutilis. In divinis autem non
ita est sed cum supervenerit senectus tunc
virtus clarior tunc virilitas industrior in
nullo obstante prohibita. Quia ergo Petrus
semper volebat in periculis esse pro Christo dicit
ei Confide ita implebo tuum desiderium
ut que non passus es iuvenis existens
oportet te pati senem. Unde sequitur Cum
autem senueris. Per quod ostenditur quod neque tunc
iuvenis erat neque senex sed vir perfectus

Origenes super Iohannem Et attende quod non facile
inveniuntur qui ex eis qui apti fuerint ad hoc
opus ut ita transeat de hac vita. Unde
nunc Petro dicitur Cum senueris extendes
manus tuas. Augustinus Hoc est crucifigeris.
Ad hunc autem ut venias alius te cinget
et ducet quo tu non vis. Prius dixit
quid fieret. Non enim crucifixus sed crucifige-
ndus quo nollet esse ductus. Solutus quippe
a corpore volebat esse cum Christo. Sed si fieri
posset preter mortis molestiam vitam con-
cupiscebat eternam. Ad quam molestiam nolens
venit sed volens eam vicit et reliquit
hunc infirmitatis affectum quo nemo vult
mori usque adeo naturalem ut eum beato Petro
nec senectus auferre potuit. Sed molestia
quantacumque sit mortis debet eam vincere
vis amoris quo amatur ille qui cum sit vita
nostra etiam mortem voluit perferre pro nobis.
Nam si nulla esset mortis vel parva molestia
non esset tam magna martirum gloria.
Crisostomus Dicit ergo quo non vis propter
naturalem compassionem anime que invita separatur
a corpore Deo hoc taliter dispensante ut
non multi sibi mortem inferant violen-
tam. Deinde erigens auditorem evangelista
induxit Hoc autem dixit significans qua morte
esset clarificaturus Deum. Non dixit moritu-
rus esset ut discas quoniam pati pro Christo gloria est
patientis et honor. Nisi autem clarificaret
animus qua vere Deus est nimie eius in-
tu mortem tolleret. Quis sit ut sola
morte dominice sit glorie certitudo. Augus-
tinus Hunc invenit exitum ille negator
et amator ut pro eius nomine perfecta dilectione
moreretur cum quo se moriturum perversa festina-
tione promiserat. Hoc enim oportebat ut prius
Christus pro Petri salute deinde Petrus pro Christi
predicatione moreretur. ¶ Et cum hoc dixisset
etc. Augustinus Cum prenuntiasset Dominus Petro
qua morte clarificaturus esset Deum invitat
eum ad suam sequelam. Unde dicitur Et cum hoc
dixisset dicit ei Sequere me. Cur
dicit Petro Sequere me nec dicit
ceteris qui simul aderant qui eum sicut
magistrum discipuli sequebantur. Sed si ad
passionem intelligendum est numquid solus

pro christiana uirtute passus est petrus. Namque
ibi erat Jacobus qui ab herode manifeste
occisus. Unde aliquis dixit quod non est Jacobus
crucifixus unde dictum est petro Sequere
me. Qui non solum mortem sed etiam mor-
tem crucis sicut christus acceptus est Theoph.
Audiens autem petrus quod mortem pro christo pas-
surus est querit de iohanne an moriatur. Unde
sequitur. Conuersus petrus uidit illum disci-
pulum quem diligebat ihesus sequentem qui
et recubuit in cena super pectus eius et
dixit. Domine quis est qui tradet te. Aug.
Se ipsum dicit discipulum quem diligebat ihesus
quia ipsum pre ceteris et familiarius diligebat
ita ut in conuiuio super pectus suum discumbe-
re faceret credo ut istius euangelii quod per eum fuerat
predicaturus diuinam excellentiam hoc modo altius
commendaret. Sunt qui senserunt et hii
non contemptibiles sacri eloquii tractatores
a christo iohannem propterea plus amatum quod ab in-
eunte pueritia castissimus uixit. Sequitur. Hunc
ergo cum uidisset petrus dicit ihesu Domine
hic autem quid. Theoph. id est nunquid non mori-
etur. et ipse utique quidam opponit. Sequitur.
Dicit ei ihesus Sic eum uolo manere donec
ueniam quid ad te. Aug. Et repetit
tu me sequere tanquam ille iohannes non sequeretur
quem eum manere uoluit donec ueniat. Unde
facile aliud non dicitur credat quam quod fratres cre-
diderunt qui tunc erant. Sequitur. Exi-
uit ergo sermo iste inter fratres quia di-
scipulus ille non moritur. Sed hanc opinionem
iohannes ipse abstulit subdens. Et non dixit
ihesus Non moritur. sed sic eum uolo manere
donec ueniam quid ad te. Sed cui placet
adhuc resistat et dicat uerum esse quod ait io-
hannes non dixisse dominum quod discipulus ille non
moritur. sed hoc tamen significatum esse talibus uer-
bis qualia eum dixisse narrauit. Theoph.
Vel dicit christus non negauit iohannem mo-
riturum. Nam quicquid oritur moritur. sed dixit
uolo eum uiuere usque ad mundi finem et tunc
tunc patietur martirium Et ideo fatentur
adhuc illum uiuere ab antichristo uero debere
occidi una cum helya predicaturus nomen christi
Sed si assignetur eius sepulcrum uincens quidem

illud intrauit et postea disparuit
Vel forte aliquis in illo sepulcro eius quod
est apud ephesum dormire potius eum quam mor-
tuum iacere contendit assumens in argumentum
quod illic terra sensim scateat et quasi ebullire perhibe-
atur hoc eius anhelitu fieri pertinaciter asseuerans
Sed cur eius discipulo quem petrus diligebat
pro magno munere longiorem in corpore donauit
spiritum. cum beatum petrum per ingentem martirii
gloriam absoluerit corporis absoluit eique con-
cessit quod paulus se concupisse dixit
dissolui et esse cum christo. Si autem uerum est ubi quod
semper perstitit fama aut ideo fit ut eo modo com-
mendetur preciosa mors eius. quoniam non eam
commendat martirium. aut propter aliquid aliud
quod nos latet. Manet quod eum dixit dominus
de homine moriturum Sic eum uolo manere
donec ueniam. Illud etiam mouet ad querendum
cur iohannem plus dilexit deus cum ipsum dominum
plus dilexit petrus. Unde ego sapio me-
liorem qui plus diligit christum feliciorem uero
quem plus diligit christus. facile responderem in-
si iustitia liberatoris mei quemadmodum de-
fenderem uiderem. Aggrediar igitur de sol-
uenda questione tam ingenti. Duas uitas sibi
diuinitus predicatas nouit ecclesia quarum
una est in fide altera in specie Ista significata
est per apostolum petrum propter apostolatus sui primatum
illa per iohannem Sed huic dicitur Sequere me
per imitationem scilicet perferendi temporalia mala
De illo uero dicitur Sic eum uolo manere
donec ueniam quasi diceret tu me sequere per imi-
tationem perferendi temporalia mala. ubi maneat
autem donec sempiterna uenio reddituri
bona quod apertius dici potest perfecta me sequatur
actio informata nec passionis exemplo
inchoata uero contemplatio maneat donec
uenio perficienda cum uenero. Et non sic in-
telligendum est quasi dixit remanere uel per-
manere sed expectare quoniam quod per eum significatur
cum uenerit christus implebitur. In hac autem
actiua uita quanto magis christum diligimus
tanto facilius uerberamur a malo at ipse
nos minus diligit quales nos sumus et
hinc ideo liberat ne semper tales simus Ibi
uero amplius nos diligit quoniam quod ei dis-
pliceat et quod a nobis auferat non habebimus

Amet q̄ eū petrus ut ab ista mortalitate liberemur. Ametur a deo Johannes ut in illa mortalitate fruemur. Cur ergo iohannes magis eū diligebat quam petrus si eam vitam significabat in qua est multo amplius diligendus nisi quia ipsa dictum est Volo eū manere .i. expectare donec veniam quia et ipsum amorem qui tunc multo amplior erit non dum habemus sed expectamus futurum. ut cum ipse venerit habeamus. hoc ergo per petrum signatum est. plus amantem sed minus amatum. quia minus nos amat xpistus miseros quam beatos. Veritatis autem contemplacionem quam talis tunc futura est minus amamus. quia nunc non dum novimus nec habemus. Nemo tamen istos insignes apostolos separet et in eo quod significabat petrus ambo erant et in eo quod significabat Johannes ambo futuri erant. Glosa Vel aliter Sic eum volo manere .i. nolo eum per martirium consumare. sed expectare donec in placidam absolucionem carnis sic quod ego veniens recipiam eum in eterna beatitudine. Theoph. Vel aliter tamen In hoc quod dicit dominus petro Sequere me curam fidelium platicam ei instituit Simul autem et sequi intelligas hic imitacionem in virtutibus et verbis et operibus. ostendit etiam affectionem ad ipsum. Quia qui nobis astrictiores sunt hos sequi nos volumus Crisost. Si vero dixerit quis qualiter igitur Jacobus thronum assumpsit iherosolimorum. illud utique dicam quod petrum orbis terrarum intronizavit magistrum Sequitur Conversus petrus vidit illum discipulum etc Non sine causa recolit istam accubacionem. sed ut ostendat quantam petrus habebat fiduciam post negacionem. Qui enim in cena non audebat interrogare sed Johanni interrogacionem commisit hunc et prepositum fratrum credita est Et non solum non committit alteri interrogare quod ad ipsum pertinent sed de reliquo ipse pro aliis magistrum interrogat Quia igitur magna ei predixerat dominus et orbem terrarum commiserat et martirium prenunciavit et amorem protestatus fuit ampliorem volens et iohannem consortem accipere dixit. hic autem quid. q. d. Nonne eadem nobiscum veniet via Valde enim Johannem amabat petrus. et per eius ostenditur eorum colligacio et in actibus apostolorum Sic igitur nunc vicem petrus reddit

Johanni Estimans enim eum interrogare de seipso et non audere ipse pro eo suscipit interrogacionem Quia vero debebant orbis terrarum accipere procuracionem. nec aptebat eos de reliquo sibi invicem esse commixtos quod esset dampnum orbi terrarum propterea dominus dicit secundum litteram grecam Sic eum volo manere donec veniam quid ad te. tu me sequere q. d. opus tibi commissum attende et perfice hunc vero si voluero manere hic quid ad te Theoph. Quidam vero dicunt dominum venero qui sic intellexerunt ac si diceret Quousque contra iudeos qui me crucifixerunt veniam puniens illos baculo romanorum dimitte eum hunc apostolum usque ad vespasiani tempus cum iherusalem capienda erat tolerans illos qui fati Vel dicit Quum venero. dum hunc volens dirigam ad predicandum te namque nunc dirigo ad orbis pontificatum et in hoc sequere me. ipse vero maneat hic donec et eum educam sicut te Cris Deinde circa discipulorum opinionem ponit et corrigit ut supra dictum est quod Hic est discipulus ille Crisost. Quia ego multa certitudine scripsit iohannes non refutat suum proprium testimonium in medium ferre Unde dicit. hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hiis. Consuetudo enim est cum valde vadicamus nostrum testimonium non denegare et multo magis ille qui spiritu sancto scribebat Unde et alii apostoli dicebant Nos sumus testes horum Sequitur Et scripsit hec quod et ipse solus dicit quia postior ad scribendum venit xpisto monente Unde et frequenter ostendit xpisti ad se amorem occulte insinuans causam ex qua scribendum processit et fidedignum faciens hunc sermonem ex sua dignitate Sequitur Et scimus quia verum est testimonium eius. Omnibus enim aderat et neque cum crucifigeretur defuit. et mater ei commissa est que sunt signa amoris. et quod cum certitudine sciat omnia Et si aliqui non credant inducitur ad credendum ex hoc quod subdit. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus. Unde manifestum est quod neque scripsit ut xpisto graciam prestare cum tot existentibus non tot scripserim quo certi. sed horum plura reliquit. attende

lias et communia in medium afferens cum autem
qui ad gloriam alterius scribit oportet econtro
ea que sunt exprobrabilia celare . que
vero sunt clara exponere. Augustinus Deinde
subdit Que si scribantur per singula nec ipsum
arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt
libros. Non spacio locorum credendum est mun-
dum capere non posse sed capacitate legentium
comprehendi non posse quamvis salva rerum fi-
de plerumque verba excedere videantur fidem quod
non fit cum aliquid quod erat obscurum vel
dubium exponitur. sed cum id quod apertum est vel
augetur vel extenuatur. Nec tamen a tramite
significande veritatis erratur. cum sic verba rem
que indicatur excedunt ut voluntas loquentis
nec fallentis appareat. Hunc loquendi modum
greci nomine yperbolem vocant qui modus
sicut in hoc loco ita in non nullis aliis divinis
litteris invenitur. Crisostomus Vel hoc ostendit
eadem qui faciebat virtutem. Sicut enim
nobis facile est loqui. Ita et illi et multo
facilius facere que volebat quia ipse est super omnia
deus benedictus in secula amen.

Explicit thomas de aquino super Johannem.